Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift



potes dicere. quom̃ p̃sumis os tuũ aperire ad reprehendendũ & redarguendũ prelatũ tuũ in lenioribus excessibus ipse in oculo tuo trabe non videns. ipse superbiã. & superbam intentionem cordis tui ñ cognoscens. Ypocrita. ecce primũ trabe de oculo tuo. & tunc perspicies ut educas festucã de oculo fris tui. Ypocrita dr simulator: Et est quasi dicat dns. Ypocritam te nomino. qa simulatorẽ te deprehendo. ñ enim talis es. quale te fingis. fingis & ostendis te foras quasi humile. qsi subiectũ. quasi discplm. ego autẽ attendo te non humile s; elatũ. non discplm. non subditũ s; quasi suppositũ. Sice primũ trabe de oculo tuo. hoc ẽ. ecce primũ superbiã que tibi oculũ cordis excecauit. que te supra te eleuauit. & emundato per humilitatẽ. ac illuminato oculo mentis. perspicies ut educas festucã de oculo fris. Cum te perfecte humiliaueris. & ea cui subẽẽ debes humilitate subiectione submiseris. tunc perspicies. tẽ uere ea in quib nunc cecus es videre incipies. tunc si monendũ in aliquo magistrũ tuũ videris. & tibi & sibi utiliter monere poteris. Non contradicit hoc dns. nisi monere aliqndo prelatũ possit subditus. s; p̃sumere illud ñ debet. nisi cum sũma humilitate. cũ summa subiectione. cum sũma mentis tranquillitate. Nam si superbe fecerit. admonitio ei nichil pderit. admiscet enim se diabolus superbie. & ñ potest platus uerba diaboli audire uel equanimiter portare. neq; ea in quib emendandus esset. pp̃ uerba superbie. que uere uerba sũt diaboli. potest emendare. Si autẽ humiliter fecerit. admiscet se ds humilitati. ut uerba di. uerba inq̃m humilitatis. que uere uerba dei sũt. humiliter platus audiat. & corrigere se in his in quib corrigendus ẽ uelit & ualeat. Hec pax & unanimitas ut inter platos &